

homines comparata: qualem Aeschinis eloquentiam Demosthenes esse dixit.

Porro sicut Ulyssis socii Sirenas prætervecti sunt obstruētis auribus, ne blandis & dolosis cantibus illicerentur in naufragium: ita nos decet aduersari & fugere voluptates, nec præbere illis aures, qui dulcedine orationis corruptelaq; depravant doctrinam religionis.

## FAB. X. AT MEDIUS &c.

### De Arethusa in fontem.

Proserpina quomodo partim apud superos, partim apud inferos manserit, vide suprà fabula sexta.

Opinio est, Alpheum fluvium, qui in Peloponnesiaco litore absorbetur, sub mare penetrare in Siciliam, & ante os Alpheus a Arethusa fontis emergere iuxta Syracusas. cuius rei siue more Areconjecturam, siue veritatē, Poetae ut celebrarent, fabulati thusæ longi sunt, Alpheum amore ipsius Arethusa tam longo tractu sub mari cursum agere. est enim Arethusa fons totius Sicilia sub mari celeberrimus & amplissimus, ad cuius os ipse Alpheus quasi cursum voluprate gestiens & exultans è fluctibus maris emergit, egit. tanto impetu, vix ut cymbis adiri possit. Qui vero optimantur, illumex Helide eò usq; penetrare, hac conjectura ducti sunt, nempe quod statim tempore, cum Olympia celebrabantur, Alpheus in litore Siculo solebat fieri turbidus, & Arethusa fons redolere finum. Sed Strabo negat hac esse vera: quanvis Timaeo philosopho, & Seneca in naturalibus questionibus, omnino vera esse videantur.

## FAB. XI. HAC ARETHUSA &c.

### De Lynco in lyncem.

Triptolemus fertur primus apud Eleusine instituisse rationem frumenti. id quia fuit ē Sicilia allatum, ideo a Cerere illi missum singitur. Ex Eleusine deinde ad finitimas gentes sat so frumenti propagata est.

D +

Scythica